cipitim in toto referendo, bilij sub vadio summo Decem millium flore-
norum polonicalium per eundem Recognoscentem vel eius Successores,
supramemorato Gnoso Christophero Thomae à Drohoiow Drohoiowski, vel
eius posteris ob non completionem contentorum scripti praefati manualis
omnium et singulorum, tam in toto quam in parte, toties quoties opus fu-
erit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad
solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex contentis scripti eiusdem
manualis non complet complenda citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis
Joannes Morawicki sive eius Successores, Ad instantiam praefati Gnosi Christo-
pheri Thomae à Drohoiow Drohoiowski Vexilliferi Terrae Praemysliensis vel eius
posterorum, Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex tunc vel pro
suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Stati-
onis termino, tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere vadium pro-
fatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Judicatum pati debe-
bit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obli-
gat praesentibus, Illum terminum primum peremptorium et alios omnes
exinde consequentes, tales ac eisdem terminos semper peremptorios ve
pro Infinitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel
extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad evictorem vel alijs
quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad Quieta-
tionem ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis terminos
Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac ea-
rum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia, poenis simplicibus vel
triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Juris, praescriptione
Terrestri bello, conventione, ac alijs omnibus Juris remedijs et defen-
sis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eccadendo, Hac sua praesenti
personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Drohoiowski Morawickiemu Cedit. 1043

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemy-
sliensibus Gnosus Christophorus Thomas à Drohoiow Drohoiowski Vexillifer Ter-
rae Praemysliensis sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Jurisdictionibus
iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, Praesenti
vero

vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subjiciendo, palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto, nimirum de summa Trium Millium florenorum polon. ex summa originali Quinq Millium florenorum polonicalium primum et originaliter post fata Spectabilis Generosi olim Annae de Drohoiow Gnosi olim Raphaelis de Iasłmanice Iasłmanicki Consortis in se Recognoscentem, atq Gnosos Ioannem Paulum, atq Alexandrum Demetrium a Drohoiow Drohoiowski fratres sui Recognoscentis germanos praefatos vero Gnosos Iasłmanicki Consuccessores, vigore certae divisionis interse Ratione eiusdem Successionis factae devoluta, seq legitime inter eosdem Consuccessores legitime convenientes. Postmodum per praefatos Gnosos fratres sui Recognoscentis germanos Inscriptione certa, de Actu et data illius hic Premysliae die Sexta mensis Februarij Anno praesenti Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo, Conscripta, Actisq officij praesentis cum Interpositione Vadij Decem Millium florenorum polonicalium ad tenendum firmatae sese deriuante. Deinde sibi Recognoscenti per Illustrem et Magnificum Ioannem in Ruszcza Branicki Marschalcum Curiae Regni Chencinen. pro tunc Capitaneum circa Transactionem et resignationem perse Recognoscen. bonorum Oppidi Sobloew et Villarum eo pertinen. in palatinatu Sandomiriensi et Districtu Chencinen. consisten. inter se Recognoscen. ab una et eundem Illustrem et Magnificum Branicki Marschalcum Curiae Regni ab altera partibus factae et initae. Interscisa seu Contractu certo interse Contrahentes, de Actu et data eiusdem Interscisi in Noua Ciuitate Korczyn dicta die secunda Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Secundo. conscriptae una cum prouisionibus ad soluendum eas sumpta, atq in bonis ijsdem Oppidi Sobloew et Villarum eo pertinentium ad soluendum assecuratae. Postmodum per praefatum Illustrem et Magnificum Branicki Marschalcum Curiae Regni eidem circa similem seu aliam quamuis respectu eorundem

Bonorum

bonorum Oppidi Sobkow et Villarum eo pertinen. in rem Mag.ae Cathe-
rinae de Komorow Laelia, Mag.ci Theodori seu alterius cuiusuis nomi-
nis Laelii Marschalci Curiae Magni Ducatus Lithuaniae Consortis facta
modo Donationis seu alio quouis Iuris titulo itidem cum prouisio-
ne condescensa, per eandem vero Mag.cam Laelia in eadem bona
vigore eiusdem Iuris quaesiti similiter cum prouisione competenti co-
emptorum. Denique per praedictam Mag.cam Laelia Marschalcam
Curiae Magni Ducatus Lithuaniae Illustri et Magnifico Ioanni de Pie-
kowa Skala Wielsspolski Dapifero Regni Cracouien., Neosonien. Ca-
pitaneo, Actis quibusuis authenticis Regni vna cum Prouisionibus
competentis transfusa. Nec non de eisdem ipsis Contractibus Intercisis, ea-
rumque Roborationibus quoad summam praefatam restantem Trium
Millium florenorum polon. sese referentibus, exceptis pro annis praeteritis
ipsi quos de Iure Competenti vindicandis prouisionibus, Cum omni
praemissorum Iure proprietate Competentiaque et praerogatiua quauis,
omnibusque et singulis eorundem Contractuum, Intercisarum earumque
roborationum Conditionibus punctis, clausulis articulis vinculis Liga-
mentis ac nexibus, summaeque memoratae Trium Millium florenorum
polonicalium atque Prouisionum ab eadem summa Illustri et Magnifico
Dapifero Regni prouenien. vtilitatibus fructibus prouentibus, redditi-
bus Commodis emolumentis obuentionibus attinentiisque et pertinen.
generaliter vniuersis, Nihil ex praemissis Iuris, proprietatis ac cuiusuis
Competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente aut quopiam alio
reseruando, seu excipiendo. Verum prout praemissa omnia et sin-
gula ipsummet Recognoscentem concernebant, eidemque Legitime
seruiebant, Iam ex tunc et de facto Nobili Ioanni Monasicki, (ac-
cepta ab ipso pro praemissis satisfactione:) Cessit et condescendit, ac
Cedit et Condescendit perpetuo. Omne et integrum Ius suum sibi ad prae-
missa seruiens in personam eiusdem Nobilis Ioannis Monasicki

Cessionem

cessionarij sui totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporauit, prout transfert transfundit et incorporat praesentibus. Per ipsum Cessionarium suum hocidemque praesens cessum, et summam superinscriptam praesentibus abscessam tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice, utifruendi, summam praefatam tollendi, leuandi, et percipiendi, de leuata et percepta quietandi, proeademque si non fuerit persoluta Iure agendi. Processus quosuis Iudiciarios instituendi et inchoandi, ad debitumque Executionis finem perducendi, ac praemissa omnia tanquam sua propria ad suos quosuis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter conuertendi Iuris praefati originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque cessi et transfusi vigore. Saluis Nihilominus prouisionibus a summa Quinque Millium florenorum polonicalium superius specificata, apud Antecedaneos superius specificatos, bonorum praefatorum Oppidi Soblow et villarum eo pertinentium Possessores pro annis praeteritis retentis sibi Comparenti suisque successoribus pleno in robore Iuris me dijs vindicandis reservatis.

Starzechowski et Strzalkowski mutuo se Quietant

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Nicolaus de Starzechowice Starzechowski ab
1042 una et Samuel Strzalkowski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo, palam libere, publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Generosus Strzalkowski